

a. 1456°)

## permutatione facta

domum Fuchszagel  
que hactenus fuerat peda-  
gogium facultatis artium  
suam fecerunt et ad hunc  
usque diem retinuerunt.

collegium Petrinum  
suum pedagogium et vo-  
cavit et habuit usq. a.  
1506. Etenim a. 1505 fa-  
cultas artium a principe  
Georgio migrare iussa in  
collegium novum s.  
rubrum, suum hactenus  
pedagogium Petrinum  
cessit facultati iuridice.

5

iussu Georgii ducis  
acciperet collegium Pe- 10  
trinum quo et in hodie-  
rum fruitur.

121.

*Aus dem Testamente Magister Stephan Hüffners von Prettin, Professors der Theologie.*

Leipzig, 1460 Apr. 2. 15

*Hdschr.: Cop. mag. T. I. fol. 164—167.*

In nomine domini. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo, indictione quartadecima, die vero secunda mensis aprilis, hora nona vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri Pauli divina providentia pape secundi anno vero eius secundo, in oppido Lipsensi Merseburgensis diocesis in 20 maiori collegio in mei notarii publici testiumque infrascriptorum presentia personaliter constitutus honorabilis vir magister Ioannes Uderritsch de Lipzk, sacre theologie professor maioris collegii, quandam schedulam papiraceam manu sua tenens, cuius tenor de verbo ad verbum infra ponitur, publice locutus est in hec verba: „Domine notarie, sicut publica fama volante et veridica relatione multorum didicistis, Ioannem Hueffener de 25 Prettin hic absentem et me legitimos fore testamentarios in solidum constitutos per venerabilem quondam magistrum Stephanum Hueffener de Prettin, sacre theologie professorem felicis recordationis, pro executione ultime sue voluntatis ob salutem anime sue, ita tamen quod non sit melior conditio occupantis, sed quod unus nostrum inceperit, alter prosequi valeat mediare et finire, coram quibuscunque iudicibus tam ordinariis quam 30 delegatis, datis vel dandis, subdelegatis vel subdelegandis, ob hoc debita instantia requirens me notarium publicum, petens ut unum vel plura, publicum vel publica instrumentum vel instrumenta ac tot quot forent necessaria, sicut continet hec schedula, mihi per eum oblata, cuius tenor de verbo ad verbum hic sequitur: In nomine domini. Amen. Quia superna dei pietas hominis saluti consulens in satisfactoriis operibus sue iustitie 35 rigorem illius temperaverit, ut in charitate decedens etiamsi aliquid ad purgandum secum deferat, poterit hoc ipsum viventium suffragio tanquam solutionem debiti apud deum misericorditer relaxari sancte igitur et salubriter sibi dinoseitur providere, qui adhuc vivens et sanus suis donationibus vel elemosynis apud superstites talia et taliter instituit